

# T H E A T R I V E R I T A T I S , E T I V S T I T I A E S V P P L E M E N T V M

E I V S D E M A V C T O R I S  
L I B . X V I . P A R . I I .

In qua agitur

DE SERVITVTIBVS, DE EMPHYTEVSI,  
De Locato, & Conducto.

DE VSVRIS, DE CAMBIIS, DE CENSIBVS,  
De Societate Officiorum.

D E D O T E .

DE DONATIONIBVS, DE EMPTIONE, ET VENDITIONE,  
De Alienationibus, & Contractibus Prohibitis, de Tutoribus,  
& Curatoribus, alijsque Administratoribus.

A C

DE CREDITO, ET DEBITO.



R O M A E ,

Typis Hæredum Corbelletti. M. DC. LXXVII.

SUPERIORVM PERMISSV.

# I N D E X A R G V M E N T O R V M

## I N D I S C V R S I B V S

Qui in hoc Supplemento adduntur Tit. de  
Seruitutibus :

Disc. LXXXIX.

*Romana attentatorum .*

De attentatis in hac materia noui operis, &  
an & quando ædificatum debeat demo-  
liri .

Disc. XC.

*Romana transitus, vel Cancelli .*

De via vicinali rustica inter plures vineas,  
aliaque rustica prædia, an illa per vnum  
ex vicinis altero inuito, claudi possit, cum  
porta seu Cancellis & quomodo .

Disc. XCI.

*Romana Parietis .*

An, & quando vicinus possit adiacentis, seu  
lateralis muri grossitiem diminuere, il-  
lum, vt vulgò dicitur, excarnificando pro  
ampliacione mansionis, vel alia commo-  
ditate, altero vicino se opponente .

Disc. XCII.

*Romana Fenestree .*

An & quando volens aperire fenestram in  
suo muro, prohiberi potest per vicinum,  
vel cogi ad ponendum in ea Cancellos,  
vel fetratam .

Disc. XCIII.

*Farsen. Aquarum .*

De seruitute recipiendi aquam pluuiam, vel  
aliam prædij vicini in prædio proprio ;  
An & quando intret, necne ; Et è con-  
uerso, an aqua prædij superioris diuer-  
ti possit à consueto cursu in præiudicium  
prædij inferioris .

Disc. XCIV.

*Parmen. Contributionis .*

De seruitute necessaria, quam Vicinus in  
proprio prædio pro aliorum vicinorum  
prædiorum commoditate, vel vtilitate  
pati teneatur ; Et de modo taxæ, vel con-  
tributionis Vicinorum in expensis agge-  
rum pro impedienda inundatione .

Disc. XCV.

*Spoletana Iurispascendi .*

De communione pascuorum vel iuris pa-  
scendi, an sit ad libitum dissolubilis ; Vel  
quatenus ea durare debeat, quomodo  
practicanda sit .

Disc. XCVI.

*Romana retractus .*

De concursu duorum Vicinorum in eodem  
retractu coactiuo ad intellectum bullæ  
Gregorianæ §. 12. & quando dicatur ca-  
sus mixtus sub ea non comprehensus ; Et  
an causa pendens coram diuerso Iudice  
super dominio vel pertinentia ædificij re-  
trahentis, impediat cursum causæ retra-  
ctus, donec altera terminetur .

Disc. XCVII.

*Romana Retractus .*

An retractus competens ex Bulla Gregoria-  
na, competat ad bona possessa per Ec-  
clesiam, vel Hospitalia, aliaue loca Pia .

Disc. VCXIII.

*Romana Retractus .*

An valeat pactum resolutiuum venditionis  
in euentum, in quem vicinus, vel inqui-  
linus intentaret retractum, ob quem ea  
non posset sortire effectum in ipso em-  
ptore ; Et quando suffragetur Apostoli-  
ca derogatio iuri retrahendi ; Et de con-  
cursu inter Inquilinum, & Censuarium .

Disc. IC.

*Romana Retractus .*

An concurrentibus omnibus requisitis re-  
tractus coactiuus ; adhuc tamen ei locus  
esse non debeat in ædificijs ignobilibus &  
imperfectis vtpote deseruientibus pro  
officinis palatij, vel alterius nobilis ædifi-  
cijs adiacentis .

Disc. C.

*Romana Retractus Magazeni .*

An & quando intret retractus coactiuus,  
iuxta

# SVPPLEMENTVM

LIB. XVI. PAR. II.

## DE SERVITVTIBVS

Adnotationes ad Discursus iam editos.

### SVMMARIVM.

- 1 DE casu controuersis.
  - 2 Quod reflecti debeat ad historiam legalem.
  - 3 De Censura historiae legalis.
  - 4 De Codice Alarici.
  - 5 De aliquibus erroribus Germanorum.
  - 6 De legum Ciuilium inuentione, & de dicto Codice Alarici, & quomodo dictarum legum usus habeatur.
  - 7 Ad quid referat de his inspicere.
  - 8 De diuersis speciebus legum particularium.
  - 9 De diuersis legibus Hispaniarum, & de opere moderno, quod Basilicon dicitur.
  - 10 Quomodo procedi debeat in materia altius non tollendi.
  - 11 De materia apertura noua fenestrae.
  - 12 De decreto provisionali ad fauorem adificare volentes.
  - 13 De usu Muri communis, vel diuisorij, seu adiacentis.
  - 14 De seruitute in Ecclesia.
  - 15 An unum Monasterium impediat alteri altiore eleuationem.
  - 16 De aspectu, & introspectu in Monasteria Montalium, vel Virorum.
  - 17 De materia viarum, tam publicarum, quam priuatarum.
  - 18 De materia aquarum.
  - 19 De pasuis, & iure pasendi.
  - 20 De damno infecto, & de incisione arborum.
  - 21 De usufructu accidentali; Et de cautione per usufructuarium praestanda.
  - 22 De usufructu legali.
  - 23 De habitatione.
  - 24 De iure prothomiseos, seu iure congrui ex Constitutione sancimus.
  - 25 De utroque retractu praelatio, & con-
- Suppl. Lib. XVI. Par. 2. de Seruit.

Etiam ex Constitutione Gregorij XIII. et ex Statutis particularibus.

- 26 De retractu ex l. si quis sepulchrum.
- 27 De retractu conuentionali.

### DE SERVITVTIBVS

#### ADNOT. AD DISC. I.

**S**UPER casu praeciso contento in praesenti discursu in materia iuris prohibendi aedificium vicino, ob aspectum maris, occasio non dedit ulterius disputare, vel quia causa concordata sit; Vel quod succumbentes acquieverint resolutioni; Aut quod mutauerint defensores, neque est materia de qua frequenter in foro disputare contingat.

Quatenus vero pertinet ad historiam legalem, in hoc discursu recensitam, nimumque frequenter in omni serè materia insinuata, & merito cum semper tam à Iudicibus, quam à Consultentibus praec oculis habenda sit, pro congrua legum intelligentia, & applicatione, vt praesertim generaliter aduertitur *disc. 35. de iudic.*

Cum praesertim eam deduxissem in casu de quo *sub tit. de Regal. disc. 161.* super quaestione confiscationis resultantis à crimine laesae Maiestatis humanae; Hinc aliqui scribentes in contrarium, circa istam historiam desumptam ex Valentino foresterio, & alijs eam redarguerent satagebant tanquam maneam, minusque veridicam, tum in eo praesupposito, quod Irnerius fuerit Comitissae Mathildae in Italia Consiliarius, dum eius opus circa leges fertur compositum circa annum 1137, dictam verò Comitissam voluit Chronista obiisse de anno 1116.,

A tum